

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Andreae Alciati Emblemata

Alciati, Andrea

Patavii, 1661

In facile a virtute desciscentes. Emblema LXXIII.

[urn:nbn:de:bsz:31-127360](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127360)

In facile à virtute desciscentes.

EMBLEMA LXXIII.



PARVA velut limax spreto Remora impete venti,
 Remoramq; , ratem sistere sola potest:
 Sic quosdam ingenio & virtute ad sidera vectos
 Detinet in medio tramite caussa levis.
 Anxia lis veluti est, vel qui meretricius ardor
 Egregijs iuvenes seuocat à studijs.

COMMENTARI I.

II. **N**AVIS omnibus suis armis instructa in medio mari fluctet, velis expansis & vento tumidis, cui in puppe adhaereat ore remora, piliculus limacem magnitudine æquans, petris assuetus, aliàs Echencis appellatus, vt dicemus.

III. **P**VLCHRA similitudine declarat, quàm sine leuis caussa, quæ à recta virtutis via nos auertant, cū ne grauisimis qui-

dem caussis nobis esset cedendum: idq; sumptum à remora natura, quæ cum pisciculus sit aspectu niger, non maioris quàm pedalis magnitudinis, limacis magnæ similitis, tamen nauigia stare cogit, nullo suo labore, non retinendo, neq; alio modo quàm adhaerendo; infra enim catinæ tabularum naris applicitus pinnis, quas etiam tenues ad modum habet, in transversum dilataris, caussa

tanti roboris est, vt ruant venti licet (sic loquitur Plinius lib. 32. c. 1.) & sauiant procella, imperet futuri, ac vires tantas compefcatur, quosq; non vlla interdum vincula, non anchora pōdere irrevocabili facta praestare queat, quantum liber magnos ipse paruulus adeo infrenet impetus, & mundi rabiem domet. Idem habet etiā lib. 9. cap. 25. de echeide. Vide portō Hidorum, Alianum lib. 12. c. 45. Lucanum lib. 6. Volaterranum lib. 25. Philolog. Sic D.

Locus Ba filij Magni.

Basilii in Hexamer. Homil. 7. vnde cetera sumpta sunt: ἐχίνος ὁ τῶν πορῶν ταραχὴν ἐξ ἀνέμων, ἠρῶδα τινὰ ὑπερδῶν γενναῖον, ἐπ' αὐτῆς ὡσπερ ἐπ' ἀγκύρας βαβαῖος σαλπιγεκατεχόμενος τῶν βάρων, ὡρῶς τὸ μὴ ῥαδίως τοῖς κύμασιν ὑποσπῆσθαι, τῶ δ' ὅταν ἰδῶσιν οἱ ναυτικοὶ τὸ σημεῖον, ἴσασιν τὴν προσδοκῆσιν βραχὺν κίνησιν τῶν ἀνέμων. id est: Echinus ubi praesentit veterum tumultus, calculum quendam & laq̄illum magnum arripit, in eoq; quasi in anchora immititur, ne facile impetu fluctuum dimoueat: quod cum nauta obseruatur, praenoscunt ventorum & fluctuum agitationem. Cassiodor. meminit epist. 35. lib. 1. Variar. formul. Cardanus De rer. variet. 7. cap. 37. satis constare, ait, harentem Remoram naues retardare. Et Rondeletius contendit experimēto vidisse tritemem, in qua Cardinalis Turonensis Romam vehabatur, à cursu inhibitam, eamq; deprehensam praebuisse cōuiuium. Vide praeterea adagium, Festina lente, & ea quae supra Emblem. 20. de echeide diximus, item Plutarchum 2. Sympol. quaest. 7. & 2. Problem. quaest. 3. non enim commode possumus citra tedium omnia huc conferre.

III.

PARVA velut limax, &c. Contextū, quandoquidem multos fallit, sic ordino: Parua remora velut limax, id est, quae ad eo parua est, vt limaci magna possit comparari sprito impete venti remorumq; sola potest sistere ratem. Itaq; illa verba, velut limax, per parenthesis respondeant ad verbum parua.

Echeide vnde dicitur.

Remora] Graecis ἠρῶδα, παρὰ τὸ ἔχειν τὰς νῆας, à tenendis nauibus, vnde etiam Epigrammatarij quidam veteres anchorā echeide vocauerunt; Latini Remoram dixerunt, ob eandem rationem. Huius impedimenti habita ratione Plautus ait:

--- Nam quid illa

Tamdiu intus remoratur remeliginos? eo enim nomine remoram appellat. Locum citat Festus ex Patina Comcedia. Ceterum remoram impedimentum, & obiectam tarditatem significari apud veteres asserit Pierius Hieroglyph. 30.

Remora quid?

Spreto impete] id est, impetu. Vide Gellium lib. 19. cap. 7. Statius Thebaid. 7.

--- aurigam impete vasto.

Sic quoq; Ouidius 3. Metamorph. & Lucretius varijs in locis.

Ratem sistere sola potest] Plinius lib. 9. cap. 25. & lib. 32. cap. 1. & alii citati.

Ad sidera vectos] summum iam honorem consecutos. ἀλλυγορία.

In medio tramite] pro in media instituti bene cepti via, re infecta ἀλληγορικῶς.

Anxia lis veluti est &c.] duas ponit causas, ob quas iuuenes potissimum ceptis rebus cum damno non leui abstinent, easque penitus deserunt; vna sunt controuersiae, aut litis mouendae tricae & quasi tendiculae: altera est amor meretricius, & amafiarum illecebra.

IV. Incōstantes.

QUI sunt ingenio lubrico & inconstanti, mentem suam ab honesto quodam instituto vitae dimoueri facillime sinunt. Hos refert nauis, quae remora, pisciculo minutissimo sistitur: mirum sane & plane incredibile, nisi fidem auctores magni nominis facerēt. Sic homines quosdam, licet admodum ingenio virtuteq; praeditos, retardat aliqua causa leuissima, vt in medio cursu pergere amplius nequeant, & ita ruperit deficient. Veluti in quibusdam est anxialis & forensis contentio, quae tanquam gyro inextricabili, nonnulli sponte, plurimii autem inuicti, trahuntur & perpetuo inuoluuntur, adeo vt innumeros ad honorū, bonorumq; omnium, in dō etiam corporis perniciem vsq; redactos videamus. In alijs vero peruersa societas, & perniciofa improborum consuetudo: vel continuus charitarum, testiarum, & alex lusus, insatiabilis comestatio, & libidinosa crapula: vel etiam pestifera illa lues, meretricius amor, abominanda scortatio, & id genus alia, quae plerumq; iuuenes, licet generosa indolis, à virtutum tramite, pariterque à sensu studijs iam feliciter ceptis distrahunt, & plane auocant. Qua in re, vt in Glauci & Diomedis armorum permutatione, sentiuunt tandem suo magno malo quam periculo sum sit, & quidem alienum à recta mente,

Philo.

Philosophia sepeis auocari, ut rei vel leuiculae, vel etiam flagitiosae se adiciat. Haec animi humani lubricitas reliquiae sunt de primo nauo, quem primo parenti asperse tentator, citaticos adhuc apparent & stigmata, nec sanies extracta ab radice, putrelentia quaedam inest prioris mali, & propensio ad morbum (Repeto hic ea, quae aliquando per occasionem exarui ad Excellentissimum Virum D. Ioannem Sozomenum IC. fauorem singularem, qui naturae Graecae facundiae Romani eloquij nitorem probe conuixit) Sicut lapidem sua grauitas ac moles, ita mentem propensio haec trahit in praecipit, nisi suspendat ac teneat, ut manus illum, sic brachium diuinum & gratia coelestis hanc. Hinc leuitas illa & gyros consiliorum, atq; in proposito nutatio, quod vanitatis aura, ut pliam venust, rotat inani vertigine. Non sic Polypus mutat colorem, aut Protheus formam, ut animus vota. Somnia rerum lactant & ludunt, cerussa ducit & stibium, id est, vanus splendor ac medax. ut suberatum aurum in nocte, aut corallij rubor in vitro. Professores vitreae sunt quae admiramur, quibus trahimur in amorem. Video hominem Ataliois aut Phrygijs textis opertum, cuius eolum gemmatus torques, armillae brachia, digitos adamantes cingat & smaragdi, quem satellitum agmina stipent; gliscit cupido, & volo vestiri simili habitu. Fertur fama de alio, qui in arcem sapientiae & doctrinarum euasit; delector, & eligo aliquid tale. Si Mydae taleta & gazam Persicam audio, inrisito affectu & desidero. Fortitudinem mihi aliquis commendat, & virutes heroicas in Iulio Cesare, aut Pompeio Magno; pascunt laudes & trahunt. In Olympico stadio aut gladiatoria arena coronatus describitur, lego triumphales curus Capitolio inuectos, & apparatus victoriae; laurea placet, & iacingi vellem. De vino Chio sermones feruntur aut Falernum, saluam trudit lingua, & ebullit voluntas, totus sum in poculis, & ymbra deglutio cane Aesopico stolidior. Magna volubilitas & rapida conuersio? Quod in indice horatio rota facit. hoc in nostra natura cupiditas, semper in motu est ac labore. Tristitia sternunt, laetis erigimur; prospera mul-

cent, aduersa turbant, ipsa fulcra, deiciunt metus; curae mordent, gaudia laxant & serenant animos; contrahit ira, aperit & diffundit amor; rodunt acerba & constringunt, dulcia blandiuntur & exhilarant, ringimur praesenti malo, formidamus futurum, de praeteritis aculeus adhuc inhaeret & punctura, quae desunt optamus, quae ad sunt reijcimus: nausea in copia, in defectu desperatio, vicina molestia, remota alliciunt & trahunt ad se; peregrina placent, displicet domestica & generat fastidium. Si in mari sumus, ad litora respicimus; inhiamus traat marinis & terra, & ventis alas pandimus. In eligendo statum vitae par leuitas; solitarius turbas quaerit, qui in turbis recessus & quietem; vxori deumctus libertatem, coelebs vinculum & focia lateris; qui stium exerceat, qui castra & liones, qui nassam trahunt ac retia, aliorum spectunt oculos, & supra vel infra suam sortem tendunt vota. Miles ad arma, ad arma rusticus; nauclerus ad campos, qui hic ad nauim & castra. ruris opes tollit aulicus, qui in rure palatinas delicias & luxum. Nemo contentus, scindimur in partes vago discursum, nec quisquam quod habet diligit & amplectitur, alienis inuolat, & immittit manum aut mentem. Hinc seges vitiourum, ex sensu enim consensus, ex hoc opus nascitur: vident oculi, appetit voluntas, rapit manus aut perficit: impellit animus, corpus exequitur, ut licetor aut carnifex edictum pretoris. Sicut remoris valuis Sol ingreditur, ita per fores sensuum corruptionis radijs, nisi pessulum reducat auerla voluntas, quae custos est ac ianitor; si negligetius excubar aut fertit, irumpit hostis & occupat. Porro ad illustrandum hoc Emblema commodissimum habes exemplum in Critia & Alcibiade apud Xenoph. I. Comentar. hi enim adolesecetes magnis naturae & ingenij conformati dotibus, ad res summas nati, leuiculis occasionibus non tam deterriti quam auocati ab officio, sibi suaeque Reipub. exitium crearunt. Quis nescit Neronis primum in imperio quinquennium? quo se tam mitem, & praeter modum tractabilem praestitit, sed mox in praerabidam feritatem, & barbaram truculentiam erupit, Sed nunc Ignauos excitemus.

Inconstans
animus
humani

Nemo contentus est
sua sorte

Exemplum

Ignau